Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cum

113

sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galylei sunt. Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite. et qui habitant mesopotamiam iudeam et cappadociam. pontum et asiam. frygiam et pamphyliam. egyptum et partes libie que est circa cyrenen et aduenie romani. iudei quoque et proselyti. cretes et arabes. audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Alla. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Alla. Veni sancte spiritus reple tuorum cordia fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Sancti spiritus assit nobis gracia. Secu. Que corda nostra libera habitaculum. Expulsis inde cunctis vitiis spiritalibus. Spiritus alme illuminator hominum. Horridas nostre mentis purga tenebras. Ama tor sere salutaris semper cogitationum. Tu fundes vyrtutem tuam dementis nostre sensibus. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nos oculum interioris hominis. Ut videri superni iudicis gratia possit a nobis. Mundi cordis quem solum cernere possit omnipotens. Propheticas tu inspiraisti ut per ora xpi patriarcharum inclita. Aplos confortasti vt trophea xpi per totum mundum veherent. Quando machinam per uerbum suum fecit deus celi cum manum. Tu super aquas fouens eas numen tuum expandisti spiritus. Tu animabus vnificandis aquas fecunditas. Tu aspirando dias spiritales esse hoies. Tu diuisum plinguas mundum et tuis adunasti donis. Idolatras adcultum dei reuocas nigrorum aptume. Ergo nos supplicantes tibi exaudi propitius sancte spiritus. Sine quo nichil omnis esse arduum est et dignum deo aureb. Tu qui omnium sensorum sensus tuis nostis docuisti instinctu amplectendo spiritus. Tpe hodie aplos xpi donatus munere insolito et cunctis in audiri sedi. Nunc die glisum fecisti. Sancti spiritus assit nobis gracia. Secu iohan.

Sillo t.o.i.o.s. Si quis diligit me. sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum. et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me. sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus. sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et suggerit vobis omnia. quecumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis.